Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

uespe et mane: dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aque
reptile anime uiuentis. et uolatile super terram. sub firmamento
celi. Creauitq; ds cete grandia. et omnem animam uiuentem atq;
motabilem quam peduxerant aque in species suas. et omne uolan
le secm genus suum. Et uidit deus qd esset bonum. benedixitq; eis
dicens. Crescite et multiplicamini. et replete aquas maris. auesq;
multiplicentur super terram. Et factum est uespere et mane. dies quint?
Dixit quoq; ds. Producat terra animam uiuentem in genere suo. iumen
ta et reptilia et bestias terre. secm species suas. Factumq; est ita. Et fe
cit deus bestias terre iuxta species suas. et iumenta et omne reptile
in genere suo. Et uidit ds qd esset bonum et ait. Faciam? hominem
ad ymaginem et similitudinem nram. et ps sit piscib? maris. et
uolatilib? celi. et bestiis. uniuiseq; terre: omniq; reptili qd mouet
in terra. Et creauit ds hominem ad ymaginem suam. ad similitudinem
dei creauit illum. masculum et feminam creauit eos. Benedixitq;
illis deus et ait. Crescite et multiplicamini. et replete terram.
et subiicite eam. et dnamini piscib? maris. et uolatilib? celi. et
uniuisis animantib? que mouentur super terram. Dixitq; ds. Ecce
dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram. et uniuersa ligna
q habent in semetipsis sementem generis sui. ut sint uobis in escam.
et cunctis animantib? terre. omniq; uolucri celi. et uniuersis q
mouentur in terra. et in quib? est anima uiuens. ut habeant ad uescen
dum. Et factum est ita. Viditq; ds cuncta q fecerat. et erant ualde
bona. Et factum est uespere et mane. dies sextus. Igitur perfecti sunt
celi et terra. et omnis ornatus eorum. Compleuitq; deus die septi
mo opus suum qd fecerat. et requieuit die septimo ab uniuer
so opere qd patrarat. Tunc dicat sacerdos tantum. Orem?